

In reliquo reposita est mihi iustitiæ corona.

Léctio Epístolæ secúndæ beáti Pauli apóstoli
ad Timótheum

4, 6-8. 16-18

Caríssime:

- ⁶ Ego iam delíbor,
et tempus meæ resolutiónis instat.
- ⁷ Bonum certámen certávi,
cursum consummávi,
fidem servávi;
- ⁸ in réliquo repósita est mihi iustítiæ coróna,
quam reddet mihi Dóminus in illa die,
iustus iudex,
non solum autem mihi
sed et ómnibus, qui díligunt advéntum eius.

[9-15]

- ¹⁶ In prima mea defensióne nemo mihi áffuit,
sed omnes me dereliquérunt.
Non illis reputétur;
- ¹⁷ Dóminus autem mihi ástitit et confortávit me,
ut per me prædicátio impleátur,
et áudiant omnes gentes,
et liberátus sum de ore leónis.
- ¹⁸ Liberábit me Dóminus ab omni ópere malo
et salvum fáciat in regnum suum cæléste;
cui glória in sácula sæculórum. Amen.

Verbum Dómini.